Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ut musica sonuisse uim. Ipse est directus dominus
in penitentia gentis. Tulit abhominatos impietatis.
Gibauit ad dominum cor suum. In diebus paris conuer-
tauit pietatem. Nam male tractauit illum. qui a
uentre matris consecratus est pheta. euitere. Iercere
Ipdere. Ires edificare. Renouare. Amplificatus e
quasi stella matutina in medio nebule. Quasi luna
plena in diebus suis lucet. Quasi sol refulgens sic
ille refulsit in templo di. Secundum lucam
Illo tp. Misit herodes ac tenuit iohim. Iunxit eum in
carcere. Ipter herodiadem uxorem philippi fratris sui
quia duxerat eam. Dicebat autem iohis herodi. Non
licet tibi hanc uxorem fratris tui. Herodias autem insidia-
batur illi. Volebat occidere nec poterat. Nam herodes
timebat iohannem sciens eum uirum iustum et
sanctum. Custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat. Et
libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidis-
set. herodes natali suo cenam fecit principibus. Tribunis.
Et primis galylee. Cumque introisset filia ipsius herodia-
dis. Saltasset. Placuisset herodi. simulque recumbenti-
bus ait puelle. Pete a me quod uis. Dabo tibi. Et
iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi. licet dimi-
dium regni mei. Que cum esset dixit matri sue. Quid
petam. Et illa dixit. Caput iohis baptiste. Cumque
introisset statim cum festinatione ad regem. petiuit
dicens. Volo ut protinus des michi in disco caput io-
hannis baptiste. Et contristatus est rex. Propter iu-
randum. Et propter simul recumbentes noluit eam
contristare. Sed mittens spiculatore precepit afferri